

1.
1.
2.
3.
y*
n
2
e



1769.

1. * **Ackermannius**: Rhapsodia quaestionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus decisarum. *litt. 21.* Programma, quo ordinarius senior ceteraque facultatis juridicae auctores memoriam Ackermannianam indicunt.
2. * **Porus**. Programma, quo ordinarius senior ceteraque facultatis juridicae auctores memoriam Porianam indicunt.
3. * **Cleemannus, Johann Augustus**: De transactione in criminibus, in iure rei publicae nullius pretii. Programma, quo ordinarius senior reliquique doctores *fac. jur.* summos in iure honores . . . Johanni Augusto Cleemannus . . . collatos indicunt.
4. * **Hannus, Christianus, Carolus**: Rhapsodia quaestionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus decisarum. *litt. 22.* Programma, quo ordinarius senior et reliqui doctores *fac. jur.* . . . summos in iure honores Christianus Carolo Hannus et Christianus Henrico Schmiedo . . . indicunt.

1769

5. Baucrus, Hurum Godefrido, fac. jur. pro cancella-
rias: Super decretis novissimis - - -
Programma, quo summus juris scientiae honores
- - - Caroli Frederico Beckisch - - - tribuendos
indixit. 13
6. Baucrus, Hur. Godefrido: Feuda feminina esse
feminina. 14
7. Baucrus, Hur. Godefrido: Feuda Franca non
esse feminina. 15
8. Baucrus, Hur. Godefrido: De emendando jure
Criminali. 16
9. Baucrus, Hur. Godefrido: De emendando jure
Criminali. 17
10. Breuning, Christianum Hur: Observationes de ju-
ris circa metalla. 18
11. Breuning, Christianum Hur: De jure thesauri in fundo
vendito non tradito 19
12. Breuning, Christianum Hur: De provocacione rei
ad libellum scriptum. 20

1769.

Tutore, puto pupillae

13. Breuning, Christianus Huer: De ~~procuratore rei~~

~~ad la bellam scriptam~~

14 Breuning, Christianus Huer: An chirographum concel.
latum inducat debiti remissionem?

15 Breuning, Christianus Huer: De commutato rei in cap.
ratio.

16 Breuning, Christianus Huer: An haec actio ex con.
tractu differat a conditione ex moribus?

17 Breuning, Christianus Huer: De differentia cautio.
nis rem pupilli salvam fore ex jure Romano
et foro modernis.

18. Breuning, Christianus Huer: An a advocato liceat
litem negative contestari contra conscientiam?

19. Beckmannus, Joannes Augustus: Super Ludovici IV
Imperatoris constitutione: De majestate imperii

R. 4.

20. Ewert, Christianus Gollub: De lege Caecilia et
Didia

1769.

21. Grenius, Augustus Fredericus, Lyonnensis: Resolutions
nominae societatis ex communis proae alio socii
obserati delictis
22. Hennig, Balthasar Gottlob: De correctione causa-
rum et decretorum Dionysiana ~~et~~ Dominatorum
pontificie faultrae
23. Hermann, Johann Tac. Henr: De variis causis in
his diebus.
24. Hermann, Joh. Tac. Henr: Fugladii
25. Hommel, Carlus Ferdinandus, fac. jur. pro-cancelli-
as: Programma, quo sermos in jure atque ho-
ris . . . Johani Gualtero Brevero . . . indicit.
26. Hommelius, Carlus Ferdinandus: De antiskeptice
practuris: Programma, quo sollemnia doctoralia
Joanni Christiano Postis indicit.

15

Pr. 8. num. 38

1769 2.

MEMORIAM
B O R N I A M

IN AUDITORIO PETRINO

DIE XIII. IUNII HORA IX. RECOLENDAM

INDICUNT

P. 191.

ORDINARIUS
SENIOR CAETERIQUE FACULTATIS
IURIDICAE ASSESSORES

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA

1769.

De habitatione in facto non in iure confertente




MEMORIAM
B O R N I A M

IN ABBATIA PATRIMO
DIE XII JUNII HORAE IN REVERENDAM

ORDINARIIS
SENIOR CATERIQUE FACULTATIS
INDICIBUS ASSessoribus

L I B R A R I A
EX OFFICINA LANGUENHENSIS

1769



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Cur Habitatio in facto non in iure consistere dicatur? eruere
 studebimus, simulque Actiones in Factum ideo hoc no-
 men accepisse, quia ex aequitate et gentium iure oriuntur, de-
 monstrabimus. Equidem negandum non est, notiori loquendi
 usu Ius contra Factum hac ratione nominari, qua apud Rhetores
 scripti et voluntatis controuersiae sibi opponuntur. Haec usita-
 tior locutio alteram rariorem plane obliterauit, qua ius et factum
 sibi hac ratione opponuntur, ut factum denotet aequitatem. Ha-
 bent enim iurisconsulti suas proprias verborum significationes, *in-
 terdicta* pro actionibus, *suum heredem* pro filio ponunt; *causa* iis
 saepe est datio vel factio, *praescriptio* eadem quae exceptio, *for-
 mula* pro actione nominatur, in tutelae doctrina *excusationes*
necessariae obueniunt et quis omnes insolitas et plane a consuetu-
 dine



IV

dine vulgari aberrantes iureconsultorum loquendi formulas recitauerit? Itaque in praesenti rem primo obtuitu incredibilem proponemus, nempe singulari, nunc autem fere deperdita, loquendi ratione apud iureconsultos *factum* aequitatem denotare et naturalem rationem, vt in facto consistere idem sit, quam iuris gentium esse et ipsas Actiones in Factum si nomines, idem esse, ac si dicas actiones ex aequitate.

Ait Modestinus in *L. 10. ff. de capite minut.* vsumfructum filio familias relictum, post emancipationem per trinam venditionem, quae imaginaria olim seruitus, amitti, habitationem non aequae, addita illa, quam illustrandam sumimus, obscura decidendi ratione: *quia habitationis legatum in FACTO magis, quam in IVRE, consistit.* Quid istud rei est? Nonne habitatio etiam consistit in iure, cum non sit aliud, nisi ius inhabitandi aedes alienas. Contra vero vsumfructus non minus consistere videretur in facto h. e. in fructuum perceptione, quam illa ipsa, de qua quaerimus, Habitatio. Nemo sane vitur fruitur sine facto, nec sine iure quisquam habitat. Hoc ipsum satis per se significat, in hac Modestini lege, factum non pro actu aut possessione poni, sed quando dicitur: Habitationem in facto magis quam in iure consistere, rem longe aliam significari. Id ex Graecis interpretibus Basilicorum Scholiasies lib. 46. tit. 2. Schol. y. satis innuit, quando non ausus est hoc verbum in Graecum sermonem transferre, sed cum peculiari quodam et solis iureconsultis Romanis vsitato sensu *Factum* naturalem rationem et aequitatem denotare animaduerteret, ita translulit: τὸ γὰρ τοῦτο λεγέσθαι ἐν ΦΑΚΤΩ μᾶλλον, ἀλλ' ἐν δικαίῳ συνίσταται. Hic enim Graecorum mos, vt si verbum inueniatur latinum peculiaris significatus, cui aliud graecum non respondeat, malint latinum retinere, vti in σβος κληρονόμος, ἐξωσατένεω aliisque similibus fecerunt.

Si hanc verbi significationem admittamus, facilis erit intellectū Modestini ratio, quando ait: vsumfructum quidem capitis deminutione maxima finiri, non habitationem, quoniam vsumfructus

ctus

Quis magis in iure, habitatio autem in facto siue naturali et gen-
 tium iure consistat. Olim nempe solus ususfructus et usus inter serui-
 tutes praediorum numerabantur, habitatio non aequae, ut colligi-
 tur ex §. penult. *Instit. de usu et habit. L. 10. princ. ff. de usu et
 habit.* siquidem Imperator Iustinianus demum habitationem veris
 et ciuilibus praediorum seruitutibus annumerauit. *L. 13. C. de us-
 et habit.* Seruitutes praediorum, in primis autem ususfructus res
 mancipi erant h. e. in iure consistebant. *VLPIAN. Fragm. tit. 19.
 ff. 1. CICERO de Orat. lib. 1. num. 178. et 179.* Habitatio au-
 tem, antequam ex ea Iustinianus seruitutem fecisset, tantum iu-
 ris gentium erat et naturaliter siue ut clarius dicam: bonitatio,
 non summo, iure possidebatur. Nam peregrini Romae, ut ven-
 ditionis et locationis contractum, qui iuris gentium dicuntur, ce-
 lebrare, ita etiam habitare quidem poterant, sed Quiritarium
 ususfructum praedii Romani habere non poterant, utpote qui
 non aliis, nisi ciuilibus modis, utputa cessione in iure adquireba-
 tur, adeoque solis ciuibus erat proprius. Apposite in *L. 15. ff. de
 interd. et relegat. MACER Iureconsultus: Deportatus ciuitatem
 amittit et speciali quidem iure ciuitatis non fruitur, iure tamen gen-
 tium utitur: emit enim et vendit, locat, conducit, permutat et
 caetera similia; et in L. 3. ff. de capit. minut. CAIVS scribit:
 Eas obligationes quae naturalem rationem habere intelliguntur, pa-
 lam est capitis deminutione non perire, quia ciuilis ratio naturalia
 iura corrumpere non potest.* Eodem modo deportatus, immo et-
 iam pupillus sine tutoris auctoritate, possessionem acquirit, quia
 in possessionibus ciues Romani nihil praecipui habent; sed in iis
 mera naturalia iura spectantur, quae etiam in capite minutos im-
 mo pupillos cadunt, ut in *L. 1. §. 3. ff. de acquir. vel amit. pos-
 sessi* his verbis dicitur: *Ostilius quidem et Nerva filius etiam sine
 tutoris auctoritate possidere incipere posse pupillum aiunt: eam enim
 rem FACTI non IURIS esse: quae sententia recipi potest, si eius
 aetatis sint, ut intellectum capiant.* Non videtur ergo Modesti-
 nus, cum dicit ususfructum quidem capitis deminutione amitti,
 non habitationem, quoniam is in iure haec in facto consistat, quic-
 quam aliud innuere, nisi habitationem naturae rationis et iure gen-
 tium

tium aestimari, vsumfructum autem ad subtilitatem iuris ciuiliis exigi. Habitatio enim in facto consistit h. e. in ea definienda solam naturalem rationem sequimur, et iuris gentium dictata. Eodem modo agnationem, non autem cognationem, vtpote non in iure sed in facto consistentem, capitis deminutione perire nouimus, quare? Dicat meo nomine IUSTINIANVS (§. vlt. Inst. de legit. agnat. tut.) *Ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest, naturalia vero non vtiq̄ue.*

Esse autem verbi *Factum* eam, quam diximus, significationem, vt naturalem rationem et aequitatem designet, praeter Modestinum etiam in L. 27. §. 2. ff. de pact. PAVLVS commonstrat: *In stipulationibus, inquit, ius continetur, in pactis factum versatur.* Hoc non aliud significat, nisi in pactis ius gentium praeualere, eaque ob aequitatem a praetore seruari, licet iure ciuili infirma habeantur. Similiter in L. 41. ff. de pœcul. VLPPIANVS: *Nec seruus, inquit, quid debere potest, sed cum eo verbo abutimur, FACTVM potius demonstramus, quam ad IUS CIVILE referimus.* Videsne factum et ius ciuile sibi hic eodem modo opponi, quo iuri ciuili naturale opponitur. Tandem in L. 48. §. 1. ff. de adquir. rer. domin. PAVLVM audiamus, qui *vsucapionem ad IUS, fructuum perceptionem ad FACTVM* pertinere asserit, quasi dicat: in fructuum perceptione summum ius, quod in vsucapionibus obtinet, exulare et ad solam aequitatem respici.

Nunc pauca de illo duobus noto actionum genere, quae in Factum dari dicuntur. Actiones in factum si quaeas, quales sint? ita definitio: quae non ex iure ciuili, sed ob solam aequitatem dantur, adeoque hae in factum actiones non ideo sic dicuntur, quod factum certis verbis praescribatur, sed quoniam dabantur ex gentium et naturali iure. Certe si actionem in factum nomines, fere idem est, quam si dicas actiones ex aequitate, quae ex solo iure naturali veniunt. Factum enim apud iureconsultos rerum naturam denotat, quemadmodum in facto consistere et iure gentium censeri vnum idemque sunt. Has in factum actio-

actiones ex sua iurisdictione praetor introduxit, §. 12. *Instit. de act.* quem aequitati maximopere studuisse et ad naturalem rationem edicta sua potius, quam ad civilem, composuisse nouimus. *L. 7. ff. de iust. et iur.* Quoties autem civilis actio nulla prostat, ex naturali aequitate h. e. in factum agendum est. Sic ubi subtilis ratio actionem doli civilem non permittit, actio a praetore doli in factum datur h. e. ex naturali ratione, *L. 1. C. de iure dot. L. 5. C. de dol. mal.* et generatim omnes actiones utiles, quas idem praetor introduxit, dicuntur actiones in factum, §. *ult. Instit. de L. Aquil.* interdum etiam actiones ex re. Nam factum non raro ponitur pro eo, quod fit ipsa re, quia re et factio aliquid fieri, propemodum idem est. Sic re h. e. naturaliter obligatio soluitur per solutionem, *L. 80. ff. de solut. re mora fieri dicitur et ex re mora esse, si dies solutionis praeterierit. L. 32. ff. de usur. L. 6. ff. de minor. L. 26. §. 1. ff. de fideicommissar. libert.* nempe ex re, quia res et natura et factum idem putantur. Itaque quoties non ex scriptis legibus et iure civili, sed ex ipsa re siue naturali ratione venit actio, eam Actionem in Factum dixere.

Nunc, postquam rariorem et non vsu fere oblitteratum *Facti* significatum reparauimus, quo veteres Romani naturalem rationem et resultantem ex ipsa re aequitatem denotabant, vela ad solennia dirigamus, quorum causa haec praemisimus. Nempe auuierfariam orationem adolescens generosus et litteratissimus

IACOBVS HENRICVS BORNIVS

quem Patris clarissima in rempublicam merita ad gloriae studium et litterarum cultum excitant, Hora IX. die XIII. Iunii, qui Lunae est, in splendidam maiorum suorum, quos honoratissimos
Saxo-

VIII

Saxonía vidit, memoriám recitabit, obiter: *De iure Imperatorum in eligendo Pontifice Maximo*, dicturus, quare nos RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, ILLVSTRISSIMOS COMITES, VTRIVSQUE REIPVBLICAE PROGERES ET STVDIOSAM IYVENTVTEM, vt declamationi faueant, diemque praesentes exornent, officiose rogamus. *Dab. Dominica III. post Festum Trinitatis, MDGCLXIX.*

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

JACOBVS HENRICVS
BORNIVS

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

P. 490



ULB Halle

3

003 594 440



SB





Pr. 8. num. 38

1769 2.



MEMORIAM
N I A M

ATORIO PETRINO
II HORA IX. RECOLENDAM
INDICUNT

INARIUS
TERIQUE FACULTATIS
ICAE ASSESSORES

PSIAE
INA LANGENHEMIA

1769.
in facto non in iure consistente

